

388<sup>412</sup><sub>424</sub> TO THOMAS MORE.

Farrago p. 187.

⟨Brussels.⟩

F. p. 324: HN: Lond. vii. 22: LB. 364.

⟨c. 3 June 1516.⟩

[The month-date and place can be supplied from the indications of Erasmus' intended movements in Epp. 410, 1, and from Tunstall's arrival (l. 54 n.); the final paragraph being added later. Besides Epp. 412-17 Erasmus wrote also by Peter Meghen (l. 43) to Wolsey (Ep. 424. 67), Warham (Ep. 424. 26), Ruthall (Ep. 437. 1), Colet (Ep. 423. 1), Sixtin (Ep. 430. 1), Watson (Ep. 450. 1), Lupset (Ep. 431. 5 and 9), and probably Bedill (Ep. 426); and in reply Meghen brought back Epp. 423-6 and 429-32, reaching Antwerp not later than 9 July.]

ERASMVS ROT. MORO SVO S. D.

CAETERIS aegrotō, tibi vni bene valeo. Gratia superis reuersus sum incolumis Antuuerpiam tertio Calendas Iunias. Deliberatum erat iter facere per Lothoringiam. Nanque ad montem Caesaris, oppidum in albis situm, perueneram. Verum vbi viderem passim  
5 militum greges, rusticos passim ex agris in oppida commigrare, et rumor esset aduentare manum ingentem, verti consilium et periculum non effugi sed mutauī. Coloniae nactus sum oratores Italos, quibus adiuncti confecimus fere equites octoginta. Nec hoc numero sine periculo fecimus iter.

10 Episcopus Basiliensis, vir admodum natu grandis, integer et eruditus, dictu mirum qua me sit humanitate prosecutus, homo alioqui multorum consensu non admodum benignus; nam hunc neuum reperiunt in tam formoso corpore. Inuitauit, complexus est, ornauit testimonio vocis suae. Obtulit pecuniam, fortunam, donauit equum,  
15 quem vix portam egressus statim quinquaginta florenis aureis vendere potui. Parauerat poculum argenteum; verum aurifaber illi verba dederat, id quod indigne tulit. Eloqui vix possum quantopere mihi placeat hoc coelum Basiliense, quantopere genus hominum: nihil illis amicus, nihil syncerius. Quot me comitabantur equis abeuntem,  
20 quibus lachrymis dimiserunt! Quanquam et aliunde conditiones non inhonestae offerebantur. Vnam epistolam misi ex qua poteris conicere me non omnino fingere. Nouum Testamentum et ab iis probatur quos arbitrabar maxime calumniaturos. Primariis theologis vehementer placet. Enchiridion illud exosculantur omnes. Id Episcopus  
25 Basiliensis semper circumfert. Vidi margines omneis ipsius manu depictas. Sed desino haec, ne gloriosulus videar; quanquam apud

3. Nāque E: Nanque F: iamque N.  
nam . . . 13. corpore add. F.

12. multorum F: omnium E.  
14. F: aequum E. Cf. Ep. 59 l. 26 n.

3. montem Caesaris] Kaisersperg  
(E. in marg.) in the Vosges, 7 ms.  
NW. of Colmar.

6. manum ingentem] Cf. Ep. 469.  
5.

10. Basiliensis] Christopher of Utenheim.

12. neuum] Cf. Hor. S. 1. 6. 67.

21. epistolam] Probably Ep. 386;  
cf. that introd.

Morum non verear vel ineptire. Sed τοσούτους βάρεσι πιέζομαι vt non liceat ἀνακίπτειν. Vnam aut alteram fortunæ plagam vteunque ferat aliquis, ἀλλὰ πανταχόθεν δυστυχῶ. Quam difficile est sapere quibus aduersatur Rhamnusia! Et tamen animo Herculano me fulcio susti-<sup>30</sup> neoque.

Placuit epistola quam Antuuerpnam reuerso reddidit Petrus Aegidius. De Maruffo demiror quid homini venerit in mentem eiusmodi nugari nugas. Deposui apud hominem centum et viginti nobiles eximios, pro his syngrapham tradidit: tamen ea res citra periculum<sup>35</sup> vllum confici poterit. Scripsi Cantuariensi per hunc tabellionem mihi redditam eam pecuniam opera Maruffi. Is huic tradat chirographum suum per quod possim in his regionibus accipere pecuniam. Eo apud te deposito recipiat ab Archiepiscopo pecuniam. Id si parum probatur, fac ipse recipias eam pecuniam, et scribe tuis vt hic mihi<sup>40</sup> restituant; simulque mihi syngrapham mittito per quam eam repossam. Nam literas ad Cantuariensem sic temperabo vt vtrumque liceat. Submonuit hic Petrus vnoculus optimum esse committere pecuniam negociatori cuiquam Germano, per cuius syngrapham Antuuerpiae recipiam. Proinde scribam vt tibi tradat pecuniam, per te<sup>45</sup> mox ad me venturam. Mire mihi placuit illa tua ad me epistola, testis animi in nos tui; praeterea declarans te proficere dicendi virtutibus. Apologiam pro me tuam nondum totam legi, ex qua intelligo quid Martinus Dorpius scripserat. Admiror quid homini venerit in mentem. Sed tales reddit haec theologia. <sup>50</sup>

Cancellarium salutavi. Aderat forte fortuna tum in coena Praepositus ille Cassiletanus, vir iuxta doctus atque humanus. Adest et Episcopus Theatinus. Et dum haec scriberem, expectabatur Tunstallus; quo salutato Montioium conueniam et Abbatem: apud hos tantisper tempus ducam, dum hic monophthalmus huc se recipiat.<sup>55</sup> Mox cum Principe agam: si sensero frigere negocium, vt est Flandricum erga literas ingenium, recta Basileam, nisi si quid tu dissentis.

33. Maruffo E: Ruffo F.  
Ruffi F. 45. te E: me H.

34. nobiles E: angelatos F.  
46. me ante venturam E: te H.

37. Maruffi E:  
49. Martinus

Dorpius H: M. N. D. E.

56. Flandricum E: huius regionis F.

51. Cancellarium] Le Sauvage; cf. Ep. 410. See also Ep. 430. 11 n.

52. Cassiletanus] George of Theimseke (†c. 1535), a lawyer and ecclesiastic, who had attained to great influence as a diplomatist. He enjoyed abundant preferment, being Dean of St. Gudule's at Brussels 1491, Dean of Bruges 1499, Dean of Courtray, and Provost of Cassel 1505. In 1503 he was appointed an ecclesiastical member of the Grand Council at Mechlin, and

shortly afterwards Privy Councillor. He discharged numerous embassies between 1508 and 1532. See A. Leglay, *Cameracum Christianum*, pp. 123,4; GC. v. 258 n; and Brewer.

53. Theatinus] Cf. Ep. 287. 7 n.

54. Tunstallus] He arrived in Brussels on 3 June (Brewer ii. 2006); cf. l. 63 *infra*.

Abbatem] Antony of Bergen, at St. Omer; see Ep. 143 introd.

56. negocium] Cf. Ep. 370. 18 n.

Scribito de singulis diligenter, si quid est quod ad rem meam pertinet. Si Paceus adest, admone vt per hunc remittat omneis commentariolos  
60 meos quos apud illum deposui Ferrariae. Conueni Episcopum Theatimum cumque eo coenauit. Is toto pectore nos amat ac miratur: agit apud Carolum Principem, comitaturus eum in Hispaniam.

Hodie coenauit apud Tunstallum, vt compendio dicam, tui similitimum. Cura vt reuiuiscas; nam audio te periculose laborasse.  
65 [M.D.XVIII.]

413<sup>432</sup> TO JOHN FISHER.

Farrago p. 180.

St. Omer.

F. p. 319: HN: Lond. vii. 9: LB. 256.

5 June (1516).

[The last paragraph of this letter is undoubtedly addressed to Fisher, and therefore it is clear that the editors of E either made a mistake in the heading—perhaps in consequence of the statement in l. 3 about the New Testament—or joined parts of two letters together; cf. Epp. 119 and 128. There seems no easy point of severance; so that the former alternative is preferable.]

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI EPISCOPO  
ROFFENSI ERASMVVS ROTERODAMVVS S. D.

REVERENDE pater, si per valetudinem licuisset, ipse coram salutarem  
amplitudinem tuam et pro tantis in me beneficiis gratias agerem. Nouum Testamentum cum tibi destinassem, cur mutato consilio  
summo Pontifici inscripserim, literis meis iam pridem exposui: quae  
5 tua est humanitas, imo prudentia, boni consulet, spero, quod fecimus. Timebatur hoc opus antequam prodiret; caeterum aeditum mirum  
est quam probetur omnibus etiam theologis, vel eruditis vel integris et candidis. Prior Friburgensis, vir summae autoritatis apud suos (is  
est autor Margaritae philosophicae), cum degustasset opus, ait se malle  
10 carere ducentis florenis aureis quam eo libro. Ludouicus Berus, theologus Parisiensis, vir in ea promotione, vt vocant, primus, exosculatur,  
adorat, ac deplorat tot annos in scholasticis illis conflictatiunculis consumptos. Idem sentit Vuolphangus Capito concionator publicus  
Basiliensis, vir Hebraice longe doctior Reuchlino, ad haec in theo-

412. 64. laborare F. 65. M.D.XVIII. *add. H.* 413. TIT. D. . . ROFFENSI  
F: DN. GVLIELMO ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI, TOTIVS ANGLIAE PRIMATI E.  
5. consules F. 13. Capito *add. F*: V. Fabritius Capito E in *marg.*  
14. doctior Reuchlino E: doctissimus F.

412. 59. commentariolos] Ep. 30. 16n.

413. 8. Prior] Gregorius Reischius: E in *marg.*; cf. Ep. 308.

11. primus] This success was evidently much valued; for in the *Liber receptoris nationis Alamaniae, 1494-1530* (Paris Univ. MS.) against the entry of Ber's inception in 1499 (f. 29), Jac. Spilmann of Basle, who was receptor in 1512-13, has added 'Primus in ordine Theologus Anno 1512'. Cf.

also Alexander's note on Ber, written in 1535, in his *Journal*, ed. Omont, p. 39; and Ep. 456. 163-6.

14. doctior Reuchlino] A hasty comparison which obviously was not intended to be published. In spite of the correction in F, Hutten brings Erasmus to book in his *Expostulatio* (HE. 310, pp. 201,2), written in 1523; which Erasmus answers in the *Spongia* (HE. 333, pp. 278,9; LB. x. 1641C-E).